HIERONYMUS. BEDA VENERABILIS
Admont, 12. Jh.
Seite 9r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift



9

tatur: lugna cetera siccabunt. Ecce in piscinas aquarum ad ir
rigandum ex eis saltem germinantur lignum. Ligna satuum.
ligna siluarum. que non sunt frugifera que poma non afferunt.
non aluntur ymbri celesti. non supnis aquis sed his que in piscinas de
riuulis colliguntur. Nam & egyptus humilis iacens quasi hor
tus holerum. terrenis. Aethiopia uenientib aquis irrigat. Ter
ra autem repmissionis que montuosa et erecta temporaneam sere
tinam pluuia expectat e celo. Mercatus sum seruos ancillas.
& uernaculi fuerunt mihi. Siquidem possessio armenti & ouium
multa fuit mihi sup omnes qui fuerunt ante me in ierlm. Si uo
lumus ecclasten ut sup diximus. & iam nunc ad xpi referre
psonam. possumus seruos eius dicere. quia habeant spm timo
ris in seruitute. Spiritalia magis desiderent quia timeant.
Ancillas autem eas animas appellare que adhuc corpori terreq; sunt
dedite. Vernaculos quoq; illos qui sunt quidem in eccla. & ser
uos ancillas de quibus diximus ante cedunt. Nec dum tamen
libertate donati sunt nec nobilitati deo. Sunt autem alii fa
milia ecclastes instar boum ouium ppter opa simplicita
tem. quia absq; ratione & scientia scripturarum laborant quide
in eccla. sed nec dum ad id puenerunt. vt homines fieri mereantur.
& redeant ad imaginem conditoris. Diligentius nota quod in
seruis & ancillis multitudo non additur. In bubus autem ouibus dici
tur. & possessio armenti. & ouium fuit mihi multa. Plura quippe in
eccla armenta quam homines. plures oues quam serui. ancille
atq; uernaculi. Illud autem quod in fine dicitur: sup omnes qui fuerunt
ante me non ad grandem gloriam pertinet salomonis. uno patre
suo rege se dicione fuisse. quia sub saule nec dum regnabat in
ierlm. & a iebuseis qui ipsi urbi insederant tenebatur. Atque itaq;
tractandum quid sit in ierlm. quomodo ecclastes ante omnes qui se